

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvvm Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisqve  
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvvm Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab  
Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici  
dispositionem in suos Titulos distributæ

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

8 Coniugatus, an, & quando de licentia vxoris ordinari poterit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13903**

scopo, ut ea quæ voulit, adimpleat, compelli potest, ut ait Pan. in d.c. ad Apostolicam & in c. significavit. ut. eo. Non solum ea ratione, quod de substantia professionis mariti non sit professio viroris, sed conuersus ipius cum voto continet, si non sit de fornicatione suspecta, & cum voto religionis, si suspecta sit: ex c. cum vxoratus &c. ad Apostolicam, & c. significavit, de conuer. coniug. sed etiam illa alia, quod coniuge adulterante coniux innocens ab omni seruitute, quam illi debet, ratione coniugij, liberatur: c. Agathofa. 27. q. 2. ita ut licet factos ordines suscipere, aut religionem profiteri, sine villa iudicis sententia, maximè si adulterum manifestum sit, tuta conscientia possit. c. signif. 2. de diuortijs, & Nau. in Man. c. 22. ou. 21.

DECISIO VI.  
Ex conf. 1. alias 2.

**D**Veens concubinam, quæ post consummatum matrimonium ad suum concubinatum rediit, ob quam causam maritus in partes longinquas recedens tacito matrimonio religionem profitetur, & facris ordinibus etiam presbyteratus insignitur, & Missas celebrat; quamvis male ordines suscipiendo in irregularitate ob Bigamiam incursa, a solo Papa dispensabili, & in eadem etiam in regularitate celebrando, peccet. c. Acutius, & c. deinde d. 26. & c. 1. de bigam. omniq[ue] pr[er]uilegio clericali careat, c. 1. de big. in 6. factaque professio ob adulterium vxoris tenet; c. Agathofa. 27. q. 2. Nouam tamen irregularitatem celebrando in irregularitate non contrahit, ex Inno. in c. si celebra. de cler. ex com. ministr. & Nau. in Man. c. 27. num. 194. & post dispensationem super irregularitate Bigamia, & mala ordinum assumptione, & executione licet celebrare potest, quamvis aliqui exinde scandalizentur, ut scandalum solum actuum, & non passiu[m] attendendum sit ex S. Th. 2. 2. q. 43. ar. 7. & 8.

## DECISIO VII.

Ex conf. 10. in Novis, deest in antiquis.

**C**um per adulterium notorium vxoris ipso iure absq[ue] ad thorum, & cohabitatione, adeo ut ipsa adultera restitutio[n]em viri petere non possit, c. Significati, de diuor. consequenter maritus, inuita vxore religionem ingredi, & or[um] dies factos suscipere valet, ex Gl. in cap. Agathofa, verb. conuerfion. 5. 27. q. 2. cum quoad hunc effectu ordo sacer. & monachus parvifcentur, c. conjugatus, & c. cum sis, de conuer. coniug.

DECISIO VIII.  
Ex conf. 1. in Novis, deest in antiquis.

**C**Oningatus de licetia vxoris suæ nondum carnaliter cognita, aut etiam cognita inste ordinari poterit; Arg. c. qui vxore è. 3. 3. q. 5. etiam si vxor monasterium non ingrediatur, dummodo voleat continentiam, c. conjugatus, de conuer. coniug. & etiam si vxor continentiam non voleat, modo sit senex, vel alia as suspicionem inconvenientia tamen religionem profitetur, conuersus vxoris non sufficit etiam votum continentia emitentes, nisi ipsa etiam religionem ingrediatur, c. 1. & c. cum sis, de conuer. coniug. quandoquidem monachismus plus separat, quam sacerdotium, vnde etiam quoad vinculum tollit matrimonium ratum, sed non consummatum, quod non facit sacerdotium, c. ex publico. de conuer. coniug. & Extraug. 1. de voto, Ioan. 22. & quia sacerdos melius potest prouide re vxori remanenti in seculo, ne fornicetur, quam monachus inclusus.

## T I T U L V S XXVI.

## De conuersione infidelium.

## S V M M A R I V M .

I. Infidelis uxore conuersa aliam ducens, si postea ipse con-

- ueratur, ad priorem nondum alteri inuptam, redire tenetur.  
2. Infidelis conuersus, antequam aliam ducat, uxorem infidelis monere debet.  
3. Infidelum coniugum alter conuersus, aliam ducere potest, servatis tamen requisitis.  
4. Iudeorum infantes apud parentes educari debent.

DECISIO L  
Ex conf. 1. alias 3.

**I**nfidelis habens uxorem, quæ ad fidem conuersa, innupta maneretur secundam ducere non potest, & si de facto secundam ducat, & ex ea liberos generat, & cum ea ipse quoque postea ad fidem convertatur, viuente adhuc priore inupta sicut ad priorem nondum inuptam, si ipsa velit redire, tenetur, ita etiam ipsa consentiente, cum Papa dispensatione, cum secunda licite remaneat potest. Quia cu[m] inseparabilitas matrimonij de lege naturæ sit ex S. Thom. quarto, dist. 33, quest. 2. art. 1. quam natura legem neque conuersio ad fidem, neque baptismus tollunt, sed perficiunt, ex eodem S. Thom. quarta, dist. 39, quest. 1. articul. 3. & contra legem naturæ sit ut quis eodem tempore duas uxores habeat, c. gaudemus, de diuor. & S. Thom. 4. dist. 33, quest. 1. consequenter viuente prima uxore, & inupta manente, infidelis maritus secundam valide sine dispensatione ducere nequit, & si ducat matrimonium non valet. Quamvis enim coniux conuersa, nolite coniuge marito se convertere, post pertinaciam eius alteri fidelis licite nubere possit; c. si infidelis, 28. q. 1. & c. quanto, & c. gaudemus, de diuor. prius tamen matrimonium nec per conuersionem aut baptismum, nec per coniugis infidelis pertinaciam, donec alteri realiter nubat, soluitur: Gl. in ca. gaudemus, de diuor. et Sanct. Thom. 4. dist. 39. quest. 1. articul. 1. 2. et 3. Quid matrimonium feci nondum quia sacramentum est, prius matrimonium quod sacramentum non sunt, sed tantum contractus indissolubilis, & nondum ratus, videlicet S. Th. in dicto articulo 5. uer. sed contra dissoluitur. Cum ergo Papa ex iusta causa super matrimonio a fidibus contracto rato, non dum coniunctum d[omi]n[u]m dispensate queat, ut hi qui contrarerunt, cum aliis contrahere possint; Gloss. in cap. ex publico, de conuer. coniug. et Nau. in Manual. capitul. 22. numer. uigesimali primo, a fortiori super matrimonio inter dictos infideles legitime contracto, quod non fuit ratum, eo quod non erat sacramentum, sed solum contractus putus habens inseparabilitatem naturalem, sola lege naturæ inducitam, et nuda a significacione sacramentalis, iusta ex causa dispensare potest, et proinde efficere potest ut accidente conseru[er]t prioris uxoris conuersa inupta manente (cuius conuersus causa iusta est dispensandi) vir eius, qui ad hunc infidelis cum alia infidele postea contraxit, cum eadem conuersus ad fidem remaneat.

DECISIO II.  
Ex conf. 2. alias 1.

**I**nfidelis constante matrimonio legitimo cum prima, aliam ducens uxorem, cum qua postea ad fidem conuersus sacrum baptisma cum illa suscepit, prima uxore legitimam infidelitatis errore permanente, primam illam legitimam prius monere, expectare, & voluntatem eius explorare tenetur num ad fidem conuerit, & baptizari, & cum eo cohabitare velit, quam cum secunda illa ad fidem simul cum ipso conuersa, & baptizata matrimoniū legitimū contrahere possit; Quia cum prius matrimonium per solam conuersionem ad fidem non sit dissolatum, nec per infidelis obstinationem, ante secundum matrimonium legitime contractum, & si conuersus non teneatur coniugi non conuersus, si nolit; nouum tamen matrimonium contrahere, aut voluntum continentia emittere non potest, nisi prius aliqua honesta rogatione, & monitione, aut alia probatione sufficienti de obstinatione prioris apparuerit nol-